

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XXXIII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

tur. *Iohann. Francisc. Vlmus lib. 1. de occult. in re Medica facult. c. 8.*

## CAPUT XXXIII.

DE PLATANO, POMIS,  
& Arbore PATER NO-  
STER dicta.

**P**latano tantum honoris olim tributum Romæ, ut diu mero radicibus infuso nutritæ sint. In Insula Creta est una nunquam folia dimittens. *Plin. l. 12. c. 1. Clara vero in Lycia, itinere apposta, domicilii modo cava octuaginta atque unius pedum specu, numerofo vertice, & se vastu protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens umbris; ac ne quid desit spelunca imagini, saxea inius crepidinis corona muscosos complexa pumices: tam digna miraculo, ut L. Mutianus ter Consul prodendum etiam posteris, putarit, epularum intra eam se cum duodevicesimo comite. Poma si hyeme cum uvis asserventur, ita eas suo sapore vintiant, ut statim marcere conficiantur. Fertur mulierem prægnantem, Cydonia poma si esitaverit, parituram infantem & industrium & ingeniosum. Citria vestes à blattis & tineis servant. Quantum contra venena faciant, ex exemplis apud Athenæum cognoscitur. Objectos aspidibus quosdam Citrium vindicavit à morte. Servantur diutius incorrupta, si hordei vel milii obruantur acervis. Valent ad scabiem, si per medium sectas, & tenuissimo sulfuris pulvere aspersa, nec non serventi calefacta cinere, corpori scabioso afficiuntur. At poma Sodomitica pul. herimam visu sunt, attacta vero in cinerem abeunt. *Solin. c. 36.* In Hispaniola est arbor *Pater noster* dicta; fructus nucis avellanæ magnitudine. Hæc si fervens superfundatur aqua, inque ea lineus vel laneus obversetur pannus, maculis extensis præstat egregie, nimia vi tamen corrodit. *Ovesan. l. 9. c. 1.**

K

CAPVT